

ventum Bertae^{b)}) dilectae coniugis nostrae pro Sigefrido^{c)}) Augustensi episcopo pro Uvratizlao^{d)}) duce Boemiorum ceterisque fidelibus nostris cuidam fide[li]^{e)}) Chitele^{f)}) tres villas dedimus, quarum prima Musitscin^{g)}), alia Beliz, tercia Milvs dicitur, sitas in pago Chvtiz^{h)}) in comitatu Eggebertiⁱ⁾) consensu et petitione^{k)}) ipsius. Dedimus igitur cum omnibus appendiciis ipsarum — — in proprium dedimus. Mvsitscin^{g)}) vero cum adiacenti silva dedimus^{l)}). 5 Hec si[lva ad]^{e)}) ortum aride Wilze inde tendit usque in fluentem Wilzam, de fluenti Wilza usque in Orechovna^{m)}). Item ab ortu aride Wilzeⁿ⁾) usque ad vallem, que est inter Groznam^{o)}) et Neniwiz^{p)}). Item de hac valle^{q)}) usque ad collem iacentem in semita, que duc[it a]^{e)}) colle usque ad congeriem lapidum. De hac congerie usque in flumen, quod vocatur Oznliza^{r)}). Item inde usque ad ortum eiusdem Oznlize^{s)}). Ab ortu vero eius usque in sil-

vam, que dicitur Hachenloch, ubi lapis terrae iacet involutus. — —

(S.J.)^{t)}

:Gebehardus episcopus et cancellarius recognovi:

Anno dominicae incarnationis millesimo^{u)}) .LXXXI., indictione .IIII., xv. kal. april.^{v)}) data, anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis .XXVIII., regni .XXVII.; actum 15 Ratispone; feliciter amen.

152.

Erzbischof Konrad von Mainz transsumirt mit Urkunde von 1194 Jan. 16 den Inhalt zweier Urkunden des Erzbischofs Sigfrid von Mainz, sowie des Pfalzgrafen Wilhelm am Rhein. In der ersteren hat Sigfrid zum Andenken des verstorbenen Markgrafen Otto und dessen Gemahlin Adelheid 20 die ihm von den letzteren abgetretenen Zehnten verschiedener Ortschaften in Thüringen der Kirche zu Orlamünde übertragen. In gleicher Weise wird eine Schenkungsurkunde des Pfalzgrafen Wilhelm an dieselbe Kirche bestätigt. [1083.]

Hdschr.: Or. Perg. Pfarrarchiv Orlamünde.

Gedr.: Mittheil. der Gesch. u. Alterthumsforschenden Gesellschaft des Oesterl. 3, 6.

25

Anm.: Vergl. Einl. 79 Anm. 79. S. A. 148 Anm. 79.

Notum sit tam futuris quam presentibus, qualiter ego Sifridus Moguntinus archiepiscopus Ottonem marchionem et coniugem suam Adelheidem ambo felicis memorie, qui primi in Thuringia pro remedio anime sue et pro salute animarum omnium parentum suorum deo et sancto Martino michique archiepiscopo censum dei, id est omnium frugum 30 pecorumque decimam, recognoverunt, corpore et spiritu quasi filios in Christo genitos dilexi et, quicquid a me animabus suis profuturum petere voverunt, tanquam deo et michi obedientibus sanctis illis non negare dignum duxi. Unde rogantibus ipsis in honorem domini nostri Iesu Christi et sancte ac victoriosissime crucis atque dei genitricis Marie et sancti Pancratii in Orlamunde ad altare predicti sancti pro salute animarum suarum 35 atque parentum suorum et pro remedio anime mee villas infra scriptas cum omni sua

151. b) BERTAE. c) SIGEFRIDO. d) UVRA^TIZL^AO. e) vom Rand weggeschnitten. f) CHITELE. g) im:VSITSCIN. h) CHVTIZ. i) ie:GGEBERTI. k) petione. l) Musitscin vero — dedimus fehlt bei Stumpf. m) ORechOVNa. n) WILZe. o) GROZNaø. p) nENIWIZ. q) vallae. r) OZNLIZa.

s) OZNLIZE. t) Breßlau, im N. Archiv 6, 574. u) mill v) kl apr.